

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Tercia etas mundi



Moyses frater aaron et filij israel cum fuissent in egipto. cccc. xl. annis. Que computatio accipit a prima promissione facta abrahe in mesopotamia. Sicut a deo accepit legem dedit filiis israel. Qui post. x. plagas quibus deus egiptum attriuit. pcesserunt per desertum versus mare rubrum. et pharaone peruenisset populum dimisisset: angelo eos precedente in die in columna nubis et nocte in columna ignis. unde et pharaon congregatis exercitibus suis et curribus insecutus est eos ut reduceret in egiptum. Moyses primus iuxta preceptum domini agnus paschalis comesto cum populo israel. videntesque filij israel appropinquare egiptios: cepit murmurare contra moysen quod eduxisset eos de egipto. Erantque moysen et ex domini iussione extendente versus mare rubrum. diuise sunt aquae: factis viis in medio mari: per quas incedentes libere filij israel. pharaon per dictas vias cum suis exercitibus insequabatur. Post egressis omnibus de populo hebreorum moysen extendente versus mare. reuerse sunt aquae ut prius submersis pharaone cum suis in medijs fluctibus. Cecineruntque moyses cum populo. et maria sorore eius cum mulieribus tympanistris canticum istud domino. Cantemus domino gloriose etc.

De Raphidin postea venerunt ad montem Synai et ad radices eius. Ibique mandauit dominus eis per moysen ut filij israel se sanctificarent et lauerent vestimenta sua duobus diebus: et tertia die ascenderent super montem. nullusque accederet nec etiam tangeret ipsum montem nec iumentum. alioquin moreretur. Quo facto die tertia mons cepit fumigare: et tonitrua audiri: et sonitus buccinae et fulgura videri: et nubes densissima operuit montem in quem intrauit Moyses ad recipiendum legem. His pactis dedit dominus legem populo suo in monte Synai tertio mense egressione de egipto. Que lex diuiditur in triplex generum preceptorum. scilicet moralium. iudicialium. et ceremonialium. Et moralia quaedam sunt. x. precepta que habentur Exo. xx. ca. Moralium quaedam alia sparsim in diversis locis pentateuchi precipue in deuteronio. sed reducuntur ad decalogum. et hoc se obligauerunt et obligabunt ad observantiam eorum. et omnes nationes. Et prima tria sculpta in una tabula lapidea nos habent ordinare ad deum. alia. vij. ad proximum. Iudicialia autem ordiata erant ad observandum pacificum convictum populi ad invicem et bonam civilitatem. sicuti statuta civitatum. obligabant solum illi populo usque ad passionem christi etc.

